Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

[cujus nota chronicae valde depravata, si restituantur, annum indicant 1193.

citat Hundius Metr. Salisb. t. II in Ebersperg, proximum diploma Henrici VI Imperatoris: ~~quod tamen a reliquis chronologicis merito suspectum habetur.~~ Ibi testes sunt Heinricus Würzburgensis Episcopus, Otto Frisingensis Episcopus, Conradus Abbas de Salueld, Eroldus Abbas de Hohenburg, B. Dux Meranie, Comes Al. de Pogen, Com. B. de Abinberch, B. Burggravius de Hennenberg --- Acta sunt hec Anno Incarnationis Dominice millesimo (Sexple centesimo) Septuagesimo (Corrige nonagesimo) tertio, Indictione sexta (corrige decima) regnante Domino Hennico VI sexto, Rom. Imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXIII, Imperii vero tertio. Hoc diploma pecam ad annum 1173 referunt Fraelichius et Al. Corroinus: quamvis ~~sed~~ non incredibile sit, Bertholdum juniorem jam tum ~~ad Ducatu Dalmatie~~ Dalmatiæ Ducem, et ~~donatum~~ Meranie civitatis dominum extitisse.

[Bertholdus Saunensis Archidiaconus queritur de persecutione, quam a [illegible] habuit.

Anno 1174 apud Lubeis Mon. Aquil. C. 63, data est tabula, in qua ~~Egitur~~ Marchione Istrie nomine Bertholdo. Item in privilegio Friderici I Imp. dato anno 1179 apud Bunavium in Frid. app. 3, inter testes Bertholdus Marchio Istrie subscribitur. Anno demum 1180 apud Goldaftum Constitut. Imper. t. I, in tabula Friderici I, data Ratisbona III. Idus Julii --- Bertholdus Marchio Istrie et alio ejusdem Cæsaris diplomate apud Hundium Metr. Salisb. t. I, in Frising. Quod Nobilis vir, Heinricus de Brunwick, quondam Dux Bavarie et Saxonie fonum intergere (C. Kringen) cum ponte, quod Ecclesiæ Frisingensis a longe retractis temporibus quiete possederat, destruxerit, illud in villam Munchen violenter transtulerit, testantur Conradus Salzburgensis Archiepiscopus, Chuno Ratisponensis Episcopus, Bertholdus Marchio Istrie, Gebehardus Comes de Sulzbach, Otto Palatinus Major, et frater ejus Otto Minor, Fridericus Burggravius. Consequenter igitur per eadem causa a Principibus Curiæ nostra requisita sententia, indicatum est: Quod præfati Henrici factum temerarium in irritum ducere imperialis debet auctoritas. --- Acta sunt hæc Anno ab incarnatione Domini M.C.LXXX. Indictione XIII. regnante Friderico, Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno Regni eius XXX, Imperii vero XXVI. Datum Ratisponæ in solemni Curia 3. Idus Julii, fœliciter. Amen. Eodem anno ~~aut~~ prius quam Bertholdo juniori Ducatus ~~conf~~ conferretur, in concambio Conradi Episcopi Bambergensis, hi testes adhibiti sunt, Bertholdus Marchio de Andechsen, et filius eius Berchtoldus Marchio, ministeriales eorundem, Godefridus et Ortungus de Andechsen --- Datum Ateso Anno Dominicæ incarnationis M.C.LXXX. Indictione tertia decima regnante Friderico Imperatore. Habemus ~~et~~ igitur etiam Bertholdum II et III.